



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Antuerpiensis n. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

cipis obiectionem, negauit, Quid commodius indulgeri posse
caniculae, nec quid sumi ab ea melius, quam micas à Dominorum
mensa deciduas. Sic ille apud Imag. I. s̄ec. Soc. lib. 5. cap. 9.
fol. 659.

5. A SENATV GALLIÆ In publica sententia aduersus Iobili-
anum, qui Libellum Anticottonum nomine (in quo Iesuitæ à Cal-
uinistis accusabantur de Regicidio) in vulgus parserat: ea sic se habet:
Ioannes Antonius Iouilianus damnatus est, ipsumque
damnamus ad mulctam honorariam foro faciendam ipso die
fori, cum forum agitur, vbi nudato præter indusum corpo-
re, apertoque capite, flexis genibus, suspensa è collo reste,
ac facem pondo duarum librarum manu gestans alta voce,
ut ex audiri possit, renunciabit, quod scelestè, & malitiosè
per diuersa huius Vrbis loca (scilicet Parisiorum) proiecerit, &
iparserit folia, seu chartas impressas, extraetas ex Libello
quodam perniciose, & maligno, qui Anticottonus inscribi-
tar, ad turbandam quietem publicam, excitandas turbas, &
seditionem in hac ciuitate mouendam composito, quod fu-
sius habetur in instrumento litis: cuius facti petit à Deo, Re-
ge, & Iustitia veniam: in ipsius autem presentia predicta folia,
seu chartæ frangentur, & dilacerabuntur. Inhibemus autem
illi, & interdicimus sub poena capitis, ne simile quid com-
mittat in posterum. Ceterum ad quinque integros annos
Regni Galliæ exilio illum mulctauimus, & mulctamus, &c.
Ita Decretum, quo honor Societatis Iesu restitutus, & à Gal-
lico Senatu reparatus est. Ita apud Becan. Tom. 4. Opuscul.
fol. 222. & apud Fagundez in Praecept. decalog. lib. 8. cap. 17.
num. 12.

6. A SENATV ANTVERPIENSI: Qui cum interrogaretur ab
Urbis Gubernatore Perenotto, probaturuſne eſſet, ſi qui amicorum
opportunam Societati compararent domum, respondit. Nullam in
Urbē ſua tam eſſe ſplendidam quam non ei ex merito ſe de-
bere fateretur, ac ſi nulla eſſet, aut ampla ſatis, aut com-
moda, voluntatem ſuam neutriquam deeffe ad excitandam
Eius in-
gressus
Antwerp
quam defi-
deratus.

Y y 2 nouam,

nouam, sed iniuitate temporum negatam facultatem. *Tanta Senatus erat in Societatem benevolentia. Sic apud Imag. I. Sac. Soc. lib. 6. fol. 747.*

*Et Bruxel-
lensi bus,*

*Ad Ciuita-
tis opem, &
Religionis
deus resti-
tuendum.*

*Scholarum
vtilitas.*

*Eius dis-
cessus sub
pena capi-
tia caueatur.*

*Et fama
defenditur.*

*Eius singu-
laris mode-
stia in po-
pulari tu-
multu.*

7. A SENATV BRVXELLENSI : *Qui literas ad Franciscum Costerum Prouincialem expedit sane honorificas, quibus primū, nec immerito deplorat præteritis bellorum tempestatibus afflictam, oppressamque Rempublicam suam communi patrie calamitate. Deinde sæpius agitasse animo, fatetur, ante ipsas turbas aduocare Societatem : quod quia neglexerint, nunc conscientia vrge- ri, adeoque extremos adhibere velle conatus impetrans aliquot Patribus opem prostratae Ciuitati laturis, & suum Religionis restituturis decus. Ita Ibidem fol. 755.*

8. A SENATV RVREMUNDANO, *Cuius publicæ extant li-
tere testantes. Incredibilem iuentutis mutationem vel vnius
anni spatio factā per Societatis Scholas. Quare minimè miran-
dum ex eas esse singulariter Hæreticis, qui eas solas ceteris quibuslibet
impune permis̄, severa lege interdictas suis revoluere. Sic Ibidem
fol. 772.*

9. * A SENATV REGIO CANARIENSI, *preconis voce
mandante, Sub vitæ, amissionisque bonorum pœna, ut à nul-
lis caueatur. la cuiuscumque status personâ, Patres Societatis IESV ex In-
sula extraherentur, neque phafello, aut nauigio vlo admitte-
rentur. Ita Senatus nostrorum dolens absentiam discessumque, decre-
uit : apud Euseb. in Vit. B. Borgiae lib. 3. cap. 10.*

10. A SENATV TOLOSANO: *Qui in colligendo Libello quo-
dam aduersus Societatem famoso, inter alia motua illi per quam ho-
norifica publico decreto, ut præcipuum hoc designauit, statuens, Re-
ligionis rem agi, vbi Societatis bonum nomen sine causa pe-
riret. Ita in Annal. Soc. ann. 1618. fol. 593.*

11. A SENATV CÆSARAVGVSTANO: *Qui ad Nostros ab
Urbe ob popularem tumultum exire statuentes, sic allocutus est. Tu-
multum popularem tantum sibi attulisse molestiæ, quantum
Societatis egregia voluntas attulerat voluptatis, nec se nesci-
re turbarum vnde oriretur initium, aut quis tandem Lapidès
impe-*